



**SYNTA||XIS LINGVAE GRAECAE,|| IOANNE VARENNIO ||  
Mechliniensi Au||tore.|| PRAETEREA ANNO-||tatiunculae  
paucae ad praecepta Synta=||xis Varennianae, per  
IOACHI-||MVM CAMERA-||RIVM.|| ... ||**

**Varennius, Joannes**

**Basileae, 1536**

**VD16 V 385**

Officivm Articvlorum in oratione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69674](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69674)

minibus, personarum & numerorū mutatio. Personarum, σφέτορον πατέρ' ὑμνείσαι, pro ὑμέτορον, τίς τ' ἀρσφωε, pro αὐτά. Numeri, ἀτρείδην νυῦ ἄμμε παλιμπλαγχθύντας οἶω, pro ἡμᾶς.

## APPENDIX.

Construuntur etiam pronomina ad uerbiorum loco, ut ταῦτά τοι, ταῦτ' ἀγα, ταῦτα δέ, ταῦτα δ' ἡ, id est, p inde, ad hæc, præterea. In omnibus his subaudit præpositio δια. ταύτη, hoc pacto, hac ratione, hac de causa, ideo. ταύτηρι, itaq, propter hoc. ταύτη, ὅπι, ubi simul ponuntur, ualent, ὅτως, ὅπως. ἔσω ταύτη, ὅπι ὑπολαμβάνεται, sit sic, ut ut creditur.

SYNTAXIS ARTICVLORVM  
PRAEPOSITIVORVM.OFFICIUM ARTICVLORUM  
in oratione.

ARTICVLVS præpositiuus in oratione, certi alius cuius præcogniti mentionem fieri denotat, ut si qs

F 4 dicat,

dicat, ἀνθρώπου ἦκε, homo uenit, incertū est de quo homine dicat. Sin uero dicat, ὁ ἀνθρώπου ἦκε, certū: nempe de eo, de quo prius facta est mentio. Sic & Ioan. 1. Iudæi interrogantes Baptistam, ὁ προφήτης εἶ σὺ; non rogabant, an propheta esset quispiam, sed an ille propheta, quem uelut eximiū pollicitus erat Moyses, Deut. 18. Et Ethicorum lib. 1. τὸ ἀγαθόν, non capitur simpliciter pro quouis bono, sed pro illo eximio, de quo philosophi disputāt, summo bono. Hinc est, quod quibus inest significatio hæsitans ac dubia, minime habeant articulum.

Qualia sunt in primis nomina infinita, ὄσις, ὁ ποῖον, ὁ πότον, in quibus ὁ nō est articulus, sed dictionis pars. Et interrogatiua nomina, quod interrogatio sit de re incerta, τίς, πὸς, ποῖον, πότον, πόσος, πηλίκον, ποδ' ἀπὸς, ποσαῖον.

Verum cum id quod dictum est, iterato interrogatur, addi potest articulus, τὰ ποῖα; qualia? τὰ τίνα λέγεις; quæ dicis? ὁ τίς ἐρωτᾷς; quis interrogas?

Quod

Quod si in priori interrogatione inueniatur articulus præpositus interrogatiuo, referendus est nõ ad interrogatiuũ, sed ad aliud sequẽs expressum, aut subintellectum. τ̄ ποίας μείδῃ; pro ποίας τ̄ μείδῃ; τὰ ποία λέγεις; pro ποία τὰ ῥήματα λέγεις; ὁ τίς ταῦτα τολμήσας; pro τίς σὺ ὁ ταῦτα τολμήσας;

Relatiuis, inchoatis quidem à τ, addi potest articulus, ὁ τριῖτῃ, ὁ τηλίκῃς, ὁ τότῃς. Inchoatis autem à uocali, non additur. non enim dicitur, ὁ οἶ, ὁ ὄσ.

Quatuor sunt nomina distributiuã, ἐτόρον scilicet, & ἄλλο, quibus addi potest articulus. ἐκάτορον, & ἐκασον, quibus non additur. Cætera nomina adiectiuã construuntur cum articulis, quando subauditur participium substantiuum, ὁ ἀγαθὸς Σωκράτης φιλοσοφῆ, pro, Σωκράτης ὁ ἀγαθὸς, φιλοσοφῆ, Socrates qui bonus est, philosophatur.

Idem erit, si nomen substantiuũ præponamus sic, ὁ Σωκράτης, ὁ ἀγαθὸς, utrius præponentes articulum.

F 5 Hinc

Hinc fit, quod in epistolarum inscriptionibus, cum nomini proprio addit adiectiuum, necessarius sit articulus, secundum Apollonium. Διονύσιος τρυφώνι τῷ ἀγαθωτάτῳ χαίρει. Ἰσλιανὸς Σεραπίωνι τῷ λαμπροτάτῳ. Hoc tamen autores non semper obseruant, ut, Πλάτων δῖονι συρακασίῳ δὲ πρᾶτῆρι. Βασίλειος Ὀυσσάθῳ φιλοσόφῳ.

Sine articulo uero ponit, quando uerbum substantiuum solum aut ponitur, aut subauditur inter ipsum & suū substantiuum, Σωκράτης ὄσι ἀγαθός, Socrates est bonus. Ἀριστοτέλης σοφός, Aristoteles est sapiens.

Poterit etiam huiusmodi adiectiuum mutari in genitiuum pluralem, cui tūc addetur articulus, Σωκράτης τῷ ἀγαθῶν ἰώ, Ἀριστοτέλης τῷ σοφῶν, Socrates bonus erat, Aristoteles sapiens.

Ex his fit, quod adiectiuum postpositum suo substantiuo, si habeat articulū, cohæret ei immediate: si uero non habeat, in prædicati locum recedit: ut cum  
dicitur,

dicitur, Σωκράτης ὁ ἀγαθός ἐστιν, subiectum est, Σωκράτης ὁ ἀγαθός, hoc est, Σωκράτης ὁ ὡς ἀγαθός: & prædicatum, ἐστιν. Si uero dicamus, Σωκράτης ἀγαθός ἐστιν, subiectum erit Σωκράτης, & prædicatū ἀγαθός.

Idem est iudiciū, quando uni substantiuo præponitur aliud substantiuū. Si enim posterius habet articulum, cohaeret priori immediate, & subauditur participium substantiuum. Αἴας ὁ υἱὸς Τηλαμῶνος πολεμῆϊ, Ajax, qui est filius Telamonis, belligeratur. Quod Attici dicunt per defectum alterius substantiui. Matth. 4. Ἰακώβου τὸν τῷ Ζεβεδαίου, Iacobum filium Zebedæi.

Si uero posteriori substantiuo nō præponatur articulus, erit prædicatum subintellecto uerbo ἐστιν. ἀνθρώπου ζῷον, homo est animal.

## APPENDIX PRIMA.

Inueniuntur frequenter articuli sine suo nomine, & tunc uel subauditur nomen præcedens, ut λόγῳ μὲν ἐστὶν πρῶτον, λόγῳ τῷ δὲ ὁ τῶν φιλοσόφων, oratio quidem